



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 99. Varii rumores circa Gallorum adventum in Synodo sparti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.  
A.C. 1562

"tus fuit. Nulli pariter vobis curæ sit  
"id, quod five oratores, five alii oblo-  
"cuturi essent; cum unicuique prudenti,  
"sinceroque animo liceret aperte intel-  
"ligere, quod ego ejusmodi rei, & Ca-  
"lisis decisionem in me suscipiens, non  
"aliud emolumentum quæram, nisi ut  
"Concilii pacem procurem, in quo e-  
"tiam casu firmas Sanctiones edere sta-  
"tui, quibus omnes beneficiis provisi re-  
"ipsa ad residendum cogentur. Tan-  
"dem ex iis omnibus, quæ dixi infera-  
"tis, me nolle, ut vos ex aliorum con-  
"silio, sed vestro arbitratu rem geratis.

## §. XCIX.

*Varii rumores circa Gallorum adven-  
tum in Synodo sparsi.*

*Pallav. c. 13.  
num. 2. lit.  
Amulii  
10. Octobr.  
inter comm.  
Mucotti  
Sarp. p. 565.* Eo magis tum ab ipsis, tum a Pon-  
tifice optabatur festina & quieta il-  
lius litis concordia, quo vicinior, ac  
turbulentior significabatur adventus  
Gallorum, qui, si divisam Synodum re-  
perissent, ad alterutram partium acce-  
dentes omnium rerum arbitri omnino  
evasisent, prout haud temere suspic-  
bantur quamplurimi. Insuper exiit  
quædam epistola ad Seripandum, in  
qua Amulius Cardinalis eidem nuntia-  
bat, quod Lotharingius Cardinalis ha-  
beret in animo, sibi famam comparare  
potissimum ex eo, quod ipse nationes

Trans-

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

Transmontanas conjungeret ad delibe-  
randum non modo de reliquis argumen-  
tis, sed etiam de emendando conclavi  
circa summorum Pontificum electiones;  
idem quoque Amulius prescribat, ab  
eodem sperari, quod in matrimonium  
Archiduci Ferdinando, secundo Cæsa-  
ris Filio, Scotiæ Regina ejus Neptis  
esset collocanda: postmodum observa-  
bat Amulius, Lotharingum fortasse  
primo loco propositurum sanctissimas di-  
sciplinæ leges, cunctisque Episcopis  
gratas, ut hoc obtenta aucuparetur Præ-  
sulum gratiam, sibi vero majorem au-  
toritatem, viamque postea aperiret no-  
vis molitionibus, per quarum primam,  
ac tanquam reliquarum fontem tenta-  
turus esset, ut quæstiones nationum  
numero, non autem capitum suffragiis  
deciderentur; obtendebant enim hu-  
jus consilii fautores, par non esse, ut  
soli Itali multitudine sua dominarentur  
in Concilio, de quo acriter conquesti  
sunt, perinde ac si Pontifex Concilium  
multis Italicis Patribus eo fine replere  
voluisset, ut dominatum continuaret,  
eosque Gallis proxime adventuris op-  
poneret.

§. C.

*Responsum ad Patres circa decisionem  
per Nationes faciendam.*

E e 5

Ea-